Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ab oriente. Hec ē possessio filiorum beniamin. p terminos suos in circuitu. & familias singulas. fuerunt q; ciuitates eius iericho. & bethagla. & uallis casis. bethara ba. & samarai. & bethel. & auim. & afara. & offra. uilla. hemona. & ofni. & gabee. ciuitates duodecim. & uille eius. Ha luon. & rama. & beroth. & mesphe. caphara. & ammosa. & recem. iarathel. & carala. & sela. ieleph. & iebus. que est ierusalem. gabaath. & cariath. ciuitates quatuordecim. & uille eius. Hec ē possessio filiorum beniamin. iuxta familias suas.

A MERIDIE ex parte cariathyarim. termin' contingit mare ēgdiuitur. cū reuelatio p̄dicationis. que p meridiem & cariathyarim exp̄mit. tēptationū. pcellis obtendiuitur. que p mare intelligiuntur. Usq; ad fontes aquarum nephtoa peuenitur. que dissolutio uel deceptio dicit. cū p p̄dicationis instantiā. ad cordis secretū pungit. unde dissolutio & deceptio cogitationū orit. Descendit q; in partē montis. qui respicit uallē filiorum ennon. & ē contra septentrionale plagam. in extrema parte uallis raphaym. In partem montis descendit. qui uallē filiorum ennon respicere scribit. cū p confessionem qua nephtoa expungitur. ad humilitatis eminentiam pungitur. qua homo ad sui cognitionē pducitur. Ennon enim. ecce hec. siue fons dicitur. p quā uera sui cognitio homini exp̄mit. Uallis filiorum ennon. contra septentrionale plagam extenditur. quia p hoc qd' homo ad sui cognitionē pducit. diabolice temptationi subducitur. que ab aquilone pgreditur. In extrema parte uallis raphaym. que medicina dicitur. quia p humilitatis consummationē. que p extremā partem uallis raphaym exp̄mitur. uenenū elationis expungitur. Descendit q; gehennon. id est uallis ennon. iuxta latus iebusei ad austrū. & p̄uenit ad fontem rogel. tinsi ens ad aquilonem. & egrediens ad enseme's. id est fontem solis. & p̄transit usq; ad tumulos. qui sunt e regione ascensus adomin. Gehennon. que uallis gratuita interp̄tatur. descendit iuxta latus iebusei qui calcatus dicitur. quia humiliatio gratuita. omnimode despectionis conculcatione fit contenta. Unde dicit psalmista. Ut iumentum factus sum apud te. & ego semper tecū. Et rem. Ego autem sum uermis. & ñ homo. obprobrium hominum. & abiectio plebis. Gehennon. ad austrum descendit. quia gratuita humilitas ad sei spiritus grām se extendit. quā austri figura p̄tendit. Ad fontem rogel p̄uenit. qui tristis. uel deorsum dicit. quia p humilitatem. ad salubrem tristiciam pungitur. in qua homo finis sui reminiscitur. Unde salemon loquitur. Melius est ire ad domū luctus. quā ad domū conuiui. in illa enim finis cōmemorabitur omnium uersorum. & uiuens homo cogitat quid futurū sit. A fonte rogel ad aquilonem tinsitur. quia ab irrigatione salubris tristicie. diabolice temptationis estus restinguitur. Hinc ad enseme's. id est fontem solis extinguitur. quia salubris tristicia. inepte letitie. p̄spitatis opponitur. que p solem exp̄mitur. Unde iob loquitur. Si uidi solem cum fulgeret. & lunam incedentem clare. Usq; ad tumulos p̄transitur. quibus carnalium concu